



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Intentio II. Pro tempore Quadragesimali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

INTENTIO II.

Pro tempore Quadragesimali.

Ad Matutinum. Domine JESU, in unione illius orationis, quam in horto angustiatus Patri obtulisti, & tormentorum omnium, quæ Passionis nocte pertulisti, offero tibi hoc matutinae laudis obsequium, ut illud acceptum digneris in compensationem tot blasphemiarum.

Ad Primam. Domine JESU, in memoriam sputorum, alaparum, convulsum & illusionum, quas initio diei nobis pertulisti, hoc oris & vocis obsequium suscipere ne dedigneris, ut æterno gratum sit in unione tui amoris.

Ad Tertiam. Domine JESU, in memoriam acerbissimæ flagellationis, ignominiosissimæ coronæ, te modo re & adorare cupio; & hoc sit obsequium servitutis meæ, quo te Regem æterni agnosco & profiteor.

Ad Sextam. Domine JESU, in memoriam crucis acerbæ, quam tibi oblati, & in qua te Patri hostiam obtulisti,

hoc laudis sacrificium à nobis suscipere & Patri offerre digneris, ut sit acceptum in oblationis tuæ unione.

Ad Nonam. Domine JESU, in memoriam cordis tui tribus horis in cruce angustiati, & post expirationem lanceam aperti, offero tibi precis & amoris obsequium, ut cor nostrum jungere digneris cordi tuo, amore inseparabili.

Ad Vesperas. Domine JESU, in memoriam capitis tui languidi, & corporis tui plagis undiq; affecti, è cruce in sinu Matris depositi hoc officium orationis suscipe, & tibi acceptum sit in unione dolorum Matris tuæ.

Ad Completorium. Domine JESU, in memoriam unctionis & sepulturæ tuæ sacræ accipe hoc extremum officium servitutis & orationis nostræ diurnæ, & ut tibi gratum sit, conjunge cum lacrymis, quas tibi tunc obtulerunt devotæ animæ.

INTENTIO III.

Tempore Paschali.

Matutinum offero ad honorem Jesu Christi Redemptoris mei gloriosè